propter certa negocia sua Venetias Famati Azzuedor Kryctowicz
et Bobrik Biedrosowicz Armeni Cives et Mercatores Leopolien
Subditi nostri Requirimus itaq ab omnibus Vicinis iure amicitie
ut eos euntes et redeuntes cum rebus mercibus omniq comitatu ubiq
locorum hospitalitr recipiant, atq libere proficisci et cursus sistere
morari patiantur debitaq humanitate prosequantur Neq alius rei
sinistre suspectos habeant quidquam e pestilen contagij ab eis
omnino limitibus et locijs metuant cum ex ijs locis veniant, que
ab ea tunc per Dei nostri misericordiam libera sunt, et iniuria
Gratum id nobis erit Subditis vero nostris secus fecerint Progra
nostra Mandamus In cuius rei etc.

Donatio iuris caduci

Sigismundus etc. Scamus etc.

Quia nos Servitiorum Generosi Pauli Szczerbicz Decretorum nostro-
rum Notarij rationem habentes eidem bona omnia mobilia et imbilia
morte Famati olim Joannis Eudle civis Leopolien non ita pridem
sterilitir defuncti quocunq modo ad nos Fiscumq nostrum devoluta
dan et donan esse duximus damusq et donamus iure perpetuo et
irrevocabilis donationis cum plena potestate et facultate eadem bo-
na omnia ubicunq locorum existentia iure repeten, tollen, debita
si que sint emonen, et in usus suos proprios convertendi Nihil
iuris et dominij nobis Fiscoq nostro in eisdem bonis relinquendo
In cuius rei fidem etc.

Confirmatio Testamenti

Sigismundus etc. Scamus etc.

Exhibitas nobis fuisse per certos Consiliarios nostros nomine
Honestae Ursulae Famati olim Joannis Babtistae Renesla Ci-
vis Crac. relictae ad presens vero Famati Nicolai Aromatarij
Civis Crac consortis literas papireas Sigillo Civitatis Cibiniu
in Regno Ungaris obsignatas Testamentum praedicti Joannis
Babtistae Renesla praedicta Ursula tunc in crudeli detentione
existente in eadem civitate defuncti in se continen sanas salvas om-
niq suspicione carentes supplicatumq nobis est quatenus easdem
autoritate nra approbare et confirmare dignaremur. Quarum quidem
literarum Series de verbo ad verbum talis erat Actum in Civitate etc.
Nos itaq supplicationi praedictae benigne annuentes literas praedict
atq adeo ipsum Testamentum quatenus iuri communi non repugnat
in omnibus eius punctis clausulis et articulis approban et confirman

esse duximus, approbamusque et confirmamus omnes defectus si qui forte propterea obijci possint, quod extra Regnum coram officio extraneo Desita mei praedicti testator ordinarium conclusum sit autoritate nostra Regia supplemus, illudque vim et robur officio di testamenti habere debere declaramus

Literæ a servitijs

Sigismundus etc. Scamus etc.

Recepisse nos in numerum servitiorum nostrorum Honoratum Iwaszkonem Torsowicz Armenum Scabinum civem et Negociatorem Leopolien. propter optimum ipsius ingenium rerumque peritiam cui certa nostra negocia tractanda committimus committimusque praesentib. Quapropter omnibus quorum interest id ad notitiam deducimus simulque Mandamus ut eundem Iwaszkonem semper et ubique pro Servitore nostro non tantum habeant sed etiam observent. Et quicquid nostro nomine apud quaevis subsellia officia et Magistratus in rem nostram egerit, in omnibus ei fidem adhibeant moremque gerant.

TITVL

Urodzonym A.B.C. Krakowskim czartoryjskim wiernie nam milym etc. etc.

Cessio kmethonum

Sigismundus etc. Sigcamus etc.

Consensisse nos consentireque per praesentes Magco Stanislao Bykowsky Castellano Lancic. Captaneo Syradien. ut possit et valeat coram quibuscunque Actis authenticis Regni nostri de sex subditis possessionatis quemlibet in medio laneo sedentem in villa nostra Malca ad Capitaneatum nostrum Syradien. spectan. existen. quorum nomina ipse Castellanus in cessione sua expressurus est in personam Generosi Stephani Malachowskij cedere quam cessionem postea quam idem Castellanus fecerit nos eam non secus ratam et gratam habituri sumus, ac si coram ipsis nobis praecedente consensu nostro facta esset. Porro nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum eosdem sex subditos quibus praedictus Castellanus Civiti praemissum esset cessurus est in ius advitalitium eidem Stephano Malachowskij conferendum esse duximus conferimusque. Promittentes verbo nostro Regio quod eundem Stephanum Malachowskij possessione eorum sex Cmethonum quoad vixerit non privabimus neque cuiquam id facien. consentiemus. Debemus vero eundem Stephanum Malachowskij in pacifica eorundem